supplicibus tuis ut qui uere eam dei ge-
nitricem credimus: eius apud te inter-
cellionibus adiuuemur. Per christū.

Comemoratio de sanctis. an. Sancti dei oēs
intercedere dignemini pro nra omnium q̄ salute.
V. Letamini in domino et exultate iusti.

Et gloriamini omnes recti corde. *Oratio:*
Protege domine populum tuum
et apostolorum tuorum petri et
pauli et aliorum apostolorum patrocini
o confidentem perpetua defensione cōfua.

Omnes sancti tui q̄s *Oratio.* Per
domine nos ubiq; adiuuet ut
dum eorum merita recolimus patroci-
nia sentiamus. Et pacem tuam nostris

*concede temporibus: et ab ecclesia tua cum
dam repelle nequiciam. Inter actus et uoluntates
nras et omnium famulorum tuorum in salutis tue
prosperitate dispone benefactoribus nris sempiterna bona retribue: et
omnibus fidelibus defunctis requie eternam concede. Per dnm. Domine exaudi
Et clamor meus. Benedicamus dno. Deo gras. Fidelium anime defunctorum per misericordiam dei
requiescant in pace. Amen. *Antiphona de beata virgine.*
Aue Stella matutina peccatorum medicina mundi
princeps et regina virgo sola fuisti digna idcirco
inter tela inimici clypeum pone salutis tue
tulum virtutis. Tu es enim virga iesse in qua
deus fecit esse aaron amigdalum mudi tollens
scandalum Tu es area copluta celesti rore im
buita sicco tamen uellere tu nos in hoc carcere
solare propicia dei plena gra. O uirgo dei electa
esto nobis uia recta ad eterna gaudia ubi par et
glia tu nos semper aure pia dulcis exaudi maria
Vs. Dignare me laudare te uirgo sacra
Da michi uirtute contra hostes tuos *Oratio.*
ratiam tuam quod domine mentibus
nris infunde ut qui angelo nunci
ante christi filii tui incarnationem cognouimus:
per passionem eius et crucem ad resurrectionis
gloriam perducamur. Per. da*



Eus in adiutorium meum intende
Domine ad adiuuandum
 me festina **G**loria patri et
 filio et spiritui sancto **S**icut erat.



ME memento salutis auctoz *hymn.*
q̄ nri quondam corporis ex illi
bata uirgine nascendo formam sup̄leas

Maria mater gr̄e mater misericor
die tuos ab hoste protege et hora mor
tis suscipe

Gloria tibi domine qui natus es de
uirgine cum patre et sancto sp̄u in sem
piterna secula. Amen. *an. Assumpta. ps*

Deus in nomine tuo saluum me
fac: et in uirtute tua iudica me

Deus exaudi oronem meam: auribz
percipe uerba auris mei

Quoniam alii misurrerunt aduersum
me: et fortes quesierunt animam meam
et non p̄posuerunt deum ante conspec
tum suum

Ecce enim deus adiuuat me: et do
minus susceptoz est anime mee

Auerte mala inimicis meis: et in ue
ritate tua disperde illos

Voluntarie sacrificabo tibi et confite
bor nomini tuo domine: qm̄ bonu est

Quoniam ex omni tribulatiōe eripuisti
me: et super inimicos meos desperit ocu
lus meus **G**loria patri. *Psalmus.*

Benedixisti domine terram tuam
auertisti captiuitatem iacob

34
Remisisti iniquitatem plebis tue:
operuisti omnia peccata eorum

Mitigasti omnem iram tuam. auer-
tisti ab ira indignationis tue

Conuertere nos deus salutaris nr: et
auerte iram tuam a nobis

Nunquid in eternum irasceris nobis
aut extendes iram tuam a generatione
in generationem

Deus tu conuersus uiuificabis nos:
et plebs tua letabitur in te

Stende nobis domine misericordi-
am tuam: et salutare tuum da nobis

Audiam quid loquatur in me dñs
deus: qm loquetur pacem in plebe suam

Et super sanctos suos et in eos qui conuer-
tuntur ad cor

Veruntamen ppe timentes eum salu-
tare ipsius: ut inhabitet glia in tra nra

Misericordia et ueritas obuauerunt
sibi: iustitia et pax osculate sunt

Veritas de terra orta est: et iustitia de
celo prospexit

Stet enim dominus dabit benignita-
tem: et terra nra dabit fructum suum

Iustitia ante eum ambulabit: et po-
net in uia gressus suos

Gloria pñ. ps
Laudate dominum om̄s gentes

Laudate eum omnes populi

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius
et ueritas domini manet in eternum.

Gloria patri. *an.* Assumpta est maria in
celum gaudent angeli laudantes benedicunt dominum.

Que est ista que progreditur *Capitulum*
quasi aurora confurgens pulchra
ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum
acies ordinata. Deo gratias *V.* **Oratio**

Deus qui uirginalem uitam beate
marie uirginis in qua habitares
eligere dignatus es. da quesumus ut sua
nos defensione munitos iocundos faciat sine
interesse commemorationi. *Commemoratio sancti*

Sancti dei. *V.* **Oratio**

Sancti nos deus salutaris noster et
apostolorum tuorum petri et pau-
li et aliorum apostolorum nos tuere presi-
dis quorum donasti fideles esse doctores

Oro. **O**mnes sancti. ut s. *Supra scrip-*
ta commemoratio dicitur ad. i. ad sextam
et ad completorium. Ad Tertiam



Deus in adiutorium meum intende
Domine ad adiuvandum
 me festina **G**loria patri et
 filio et spūi sancto **S**icut erat. *Hymn.*



Memento salutis auctor q̄ n̄i
quondam corpus ex illibata
uirgine nascendo formam sumpseris
Maria mater gratie mater mie tu
nos ab hoste protege et hora mortis su
scipe **G**loria tibi domine qui natus
es de uirgine cum pre et sancto spu in
sempiterna secula. Amen. *an̄* Maria uirgo

Ad dominum cum tribularet. ps.
Clamau et exaudiuit me **D**o
mine libera animam meam a labris ini
quis: et a lingua dolosa

Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi ad linguam dolosam

Sagitte potentis acute cum carbombz
desolatoris

Deu michi quia incolatus meus pro
longatus est habitau cum habitanti
bus cedar multum incola fuit aia mea

Sum his qui oderunt pacem eram
pacificus: cum loquebar illis impugna
bant me gratis **G**loria pri. **Psalmus**

Euau oculos meos in montes:
unde ueniet auxilium michi

Auxilium meum a domino qui fe
cit celum et terram

Non det in comotioem pedem tuum
neq; dormiet qui custodit te



E us in adiutorium meum intende
 de **D**omine ad adiuuandum
 me festina **G**loria patri et fi
 lio et spūi sancto **S**icut erat. *hymnus*



Memento salutis auctor q̄ nostra
quondam corpus ex illibata uir-
gine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gr̄e mater misericordie
tu nos ab hoste protege et hora mortis su-
scipe. **G**loria tibi domine qui natus es
de uirgine cum patre et sancto spiritu in sem-
piterna secula. Amen. *in* In odorem. **Psalmus**

Ad te leuavi oculos meos: qui ha-
bitas in celis. **E**cce sicut oculi
seruorum in manibus dominorum suorum
sicut oculi ancille in manibus domine
sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum
donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri quia
multum repleti sumus despectioe.

Quia multum repleta est anima nostra
opprobrium abundantibus et despectio
superbis. **G**loria patri. **Psalmus.**

Quasi quia dominus erat in nobis di-
cat nunc israel: nisi quia dominus
erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: for-
te uiuos deglutissent nos.

Cum irasceret furor eorum in nos:
forsitan aqua obsorbisset nos.

Correntem pertransiuit anima nostra:
forsitam pertransisset anima nostra aqua.

intollerabilem

Benedictus dominus qui non dedit
nos: in captioe dentibus eorum

Anima nra sicut passer erepta est: de
laqueo uenantium

Laqueus contritus est: et nos liberati
sumus **D**iuitorum nrm in nomine
domini qui fecit celum et terram

Gloria pñ et filio. **Psalmus**

Qui confidunt in domino sicut mos
syon non comouebitur in eternum
qui habitat in hierusalem

Montes in circuitu eius et dominus
in circuitu populi sui: ex hoc nunc et us
q; in seculum

Quia non relinquet dominus uirga
peccatorum super sortem iustorum: ut
non extendant iusti ad iniquitate ma
nus suas **B**ene fac domine bonis et
rectis corde

Declinantes autem in obligationes
adducet dominus cum operantibus in
iniquitatem pax super israhel **G**loria pñ.

An. In odorem unguentorum tuorum currimus
adulescentule dilexerunt te nimis. **Capitulu**

Radicaui in ppto honorificato
et in partes dei mei hereditas
illius et in plenitudine sanctorum de

tentio mea. Deo gratias. **V.** Benedicla tu
mulieribus **R.** Et benedictus fructus uentris tu
kyriel. Chusiel. kyriel. Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te ueniat. **Oratio**

Concede misericors deus fragilitatis
nostrae presidium ut qui sancte dei
genitricis et uirginis marie memoriam
agnus intercessionis eius auxilio a nostris
iniquitatibus resurgamus. **Per. do. C.**

Sancti dei omnes intercedere dignentur pro
omniumque salute. **V.** Letamini in domino et exul
tate iusti. **R.** Et gloriemini os recti corde. **Oratio**

Saudi nos deus salutaris noster et apo
stolorum petri et pauli et aliorum
apostolorum nos tuere presidens quorum do
nasti fideles esse doctrinis. **Oratio**

Omnes sancti tui. **ut s.**

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Deus in adiutorium meum in-
 tendo. **D**omine ad adiuuan-
 dum me festina. **G**loria pa-
 tri et filio. **S**icut erat. **H**ymnus.



Memento salutis auctor q, nostri
quondam corporis ex illibata uir-
gine nascendo formam sumpseris.

Maria mater grē mater misericordie
tu nos ab hoste protege et hora mortis su-
scipe. **G**loria tibi domine qui natus es
de uirgine cum patre et sancto spiritu in se-
piterna secula. Amen. *an.* Dulcis es.

In conuertendo dominus capti-
uitatem syon: facti sumus sicut
consolati. **N**unc repletum est gau-
dio os nrm et lingua nra exultatione.

Nunc dicent inter gentes magnifica-
uit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobis
cum facti sumus letantes.

Conuertere domine captiuitatem
nram sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrimis: in ex-
ultatione metent.

Suntes ibant et flebant mittentes
semina sua.

Vementes autem uement cum ex-
ultatione portantes manipulos suos.

Gloria patri et filio. *Psalmus.*

Nisi dominus edificauerit domum
in uanum laborauerunt qui e-

dificant eam. **N**isi dominus custo-

37
clerit ciuitatem: frustra uigilat qui cu-
stodit eam. **V**anum est uobis ante
lucem surgere: surgite postquam feceritis
qui manducatis panem doloris.

Quam delectis suis somnum
ecce hereditas domini filii merces fructu uentris
sicut sagitte in manu potentis: ita
filii excussorum.

Beatus uir qui impleuit desiderium
suum ex ipsis: non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.

Gloria patri. **Psalmus.**
Beatissimi omnes qui timent domi-
num: qui ambulant in uis e-
ius. **A**bores manuum tuarum quia

manducabis beatus es et bene tibi erit
uxor tua sicut uitis abundans: in
lateribus domus tue.

Filius tuus sicut nouelle oliuarum in
circuito mensae tue.

Ecce sic benedicetur homo: qui ti-
met dominum.

Benedicat tibi dominus ex syon:
et uideas bona hierusalem omnibus
diebus uite tue.

Et uideas filios filiorum tuorum
pacem super israel. **G**loria patri.

An. Pulchra es et decora filia hierusalem ter-

ribilis ut castrorum acies ordinata. *Capitulum.*

In plateis sicut cynamomum et balsamum aromatizans odore cedi quasi mirra electa cedi suauitate odoris. *Deo gratias. V.* Post partum uirgo inuolata permansisti. *R.* Dei genitrix intercede pro nobis. *Kyrieley. Chystel. Kyrieley. Dne exaudi orationem meam. Et clamor meus. Oratio.*

Amulozum tuorum quesumus domine delictis ignosce: ut quibus placere de actibus nostris non ualemus genitricis filii tui domini nostri iesu christi intercessionem saluemur. *Pax. An.* Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omni salute. *V.* Letamini in domino et exultate in ihu. *R.* Et gloriari omnes recti corde. *Oratio.*

Quarta quesumus omnipotens deus ut nullus nos permittas perturbationibus contuti quos in apostolice confessionis petra solidasti. *Oratio*
omnes sancti tui. ut s.



Deus in adiutorium meum intende
Domine ad adiuuandum
 me festina **G**loria patri et
 filio et spiritui sancto **S**icut erat. **Añ.**



Dum esset. *Psalmus.*

Quirit dominus domino meo: se-
de a dextris meis. **N**on er-
nam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum
Virgam virtutis tue emittet domi-
nus ex syon: dominare in medio inimicorum
tuorum.

Recum principium in die virtutis
tue in splendoribus sanctorum: ex utero
ante luciferum genui te.

Iuravit dominus et non penitebit
eum tu es sacerdos in eternum: secundum
ordinem melchisedech.

Dominus a dextris tuis confregit in
die ire sue reges.

Judicabit in nationibus implebit
ruinas: conquassabit capita in terra
multorum.

De torrente in uia bibit: propterea
exaltabit caput. **G**loria p̄a. *Antiph.*
Dum esset rex in accubitu suo nardus mea de-
dit odorem suauitatis. *an. Leua. Psalmus.*

Laudate pueri dominum: lauda-
te nomen domini. **S**it no-
men domini benedictum ex hoc nunc
et usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum: lauda-
bile nomen domini.

41
Excellsus super omnes gentes domi-
nus: et super celos gloria eius

Sicut sicut dominus deus noster qui in
altis habitat: et humilia respicit in ce-
lo et in terra

Euscitans a terra inopem et de sterco-
re erigens pauperem

Et collocet eum cum principibus cum
principibus populi sui

Qui habitare facit sterilem in domo
matrem filiorum letantem

Gloria patri
Añ. Leua eius sub capite meo et dextra illius am-
plexabitur me. **Añ.** Nigra sum. **Psalmus.**

Etatus sum in his que dicta sunt
mihi in domum domini ibi

Stantes erant pedes nostri in atri-
is tuis hierusalem

Hierusalem que edificatur ut ciui-
ta cuius participatio eius in idipsum

Illuc enim ascenderunt tribus tri-
bus domini: testimonium israel ad con-
fitendum nomini domini

Quia illic sederunt sedes in iudicio
sedes super domum dauid

Rogate que ad pacem sunt hierusa-
lem et abundantia diligentibus te

Fiat pax in uirtute tua: et abunda-
tia in turribus tuis

Propter fratres meos et proximos
meos loquebar pacem de te

Propter domum domini dei nostri
quiesce bona tibi **G**loria pñ. **H**i
quia sum sed formosa filia hierusalem ideo dilexit
me rex et introduxit me in cubiculum suum.

Añ. Jam hyems transit **Psalmus**

Nisi dominus edificauerit domum
in uanum laborauerunt qui edi
ficant eam. **N**isi dominus custodie
rit ciuitatem frustra uigilat qui custo
dit eam. **V**anum est uobis añ lucem
surgere surgite postquam sederitis qui
manducatis panem doloris

Quoniam dedit dilectis suis somnum
ecce hereditas domini filii merces fructus
uentris **S**icut sagitte in manu pote
tis ita filii excussorum

Beatus uir qui impleuit desiderium
suum ex ipis non confundetur cum lo
quetur inimicis suis in porta **G**loria
patri. **Añ.** Jam hyems transit imber abiit et re
cessit surge amica mea et ueni. **añ.** Speciosa. **ps**

Lauda hierusalem dominum lau
da deum tuum sicut

Quoniam confortauit seras portaru
tuarum benedixit filius tuus in te

Qui posuit fines tuos pacem et adi

ve frumenti satiat te

Qui emittit eloquium suum tre: ue
lociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebu
lam sicut cinerem spargit

Mittit cristallum suu sicut bu cel
las: ante facie frigoris eius quis sustine
bit

Mittet uerbum suum et lique
faciet ea: Habitspūs eius et fluent aque

Qui annuntiat uerbū suum iacob
iusticias et iudicia sua israel

Non fecit taliter omni nationi: et iu
dicia sua non manifestauit eis

Gloria patri. *an.* Speciosa facta est lina
m̄ me: *an.* tuus sancta dei genitrix. *Capitulum.*

Ad uincio et ante secula creata su
et usqz ad futurum seculum no
desinam et in habitacōe sancta coram
ipoministraui. *Deo grās. Hymnus.*

Ve maris stella dei mater alma
atqz semper uirgo felix celi porta

Sumens illud aue gabrielis ore fūda
nos in pace mutans nomen eue

Solue uinda ris profer lumē cetis
in ala nra pelle bono cuncta posce

Monstra te esse matrem sumat per te
preces qui pro nobis natustulit ee tuus

Virgo singularisunt om̄s mittis

Am

nos culpis solutos mites fac et castos

Vitam presta puram iter para tu-
tum ut uidentes iesum semper collate-
mur

Sit laus deo p̄i summo chri-
sto deus spiritus sancto trinus honor
unus. amen. **V.** Diffusa est gracia in la-
bis tuis. **R.** Propterea benedixit te deus in
eternum. **An.** Beata mater. **Canticum:**

Magnificat anima mea dominū
Et exultauit spiritus meus
in deo salutari meo

quia respexit humilitatem ancille
sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes

Quia fecit michi magna q̄ potens
est: et sanctum nomen eius

Et inia eius a progenie in progenies
timentibus eum

Fecit potenciam in brachio suo: di-
spersit superbos mente cordis sui

Deposuit potentes de sede et exalta-
uit humiles

Esurientes impleuit bonis: et diui-
tes dimisit inanes

Sulcepit israel puerum suū recor-
datus misericordie sue


Sicut locutus est ad p̄es nostros
abraham et semini eius in secula

Gloria patri et filio. *An.* Beata mater
et inuupta Virgo gloriosa regina mundi inter
cede pro nobis ad dominum. Kyrieleyson. Chustel.
Kyrieleyson. Domine exaudi. Et clamor

Concede nos famulos tuos *Oro.*
quesumus domine deus perpe
tua mentis et corporis sanitate gaudere
et gloriosa beate marie virginis interces
sione a presenti liberari tristitia et eter
na perfrui leticia. *Ver.* *An.* Sancti dei

omnes intercedere dignemini pro nra omniu
q; salute. *Vs.* Letamini in domino et exulta
te iusti. *R.* Et gloriemini os recti corde. *Oro*

Protege domine populum tuum et
apostolorum tuorum petri et pau
li et aliorum apostolorum patrocinio co
fidentem perpetua defensione cōserua.

Omnes sancti tui etc. 



Qonuerte nos deus salutaris in
Et auerte iram tuam a no-
bis **D**eus in adiutorium i-
meum intende **D**omine ad adiuua-



dum me festina **G**loria p̄n. i. c. psalmus

Sep̄ expugnauerunt me a iuuen-
tute mea: dicat nunc israel

Sep̄ expugnauerunt me a iuuentute
mea: etenim non potuerunt michi

Supra dorsum meum fabricauerunt p̄-
ccatores prolongauerunt iniquitate suam

Dominus iustus concidet ceruices pecca-
torum: confundantur et conuertantur re-

Trosium omnes qui celerunt syon
sicut fenem tectorum: quod pu-

Usq; euclatur exaruit

De quo non impleuit manum suam q̄
metet: et similiu qui manipulos colliget

Et non dixerunt qui preteribant benedic-
tio domini super uos: benediximus uobis i

In nomine domini **G**loria p̄n. psalmus

De profundis clamaui ad te dñe:
domine exaudi uocem meam

Auam aures tue intendentes: in uocem
deprecationis mee

Si iniquitates obseruaueris domine: do-
mine quis sustinebit

Quia apud te propiciatio est: et propt̄
legem tuam sustinui te domine

Sustinuit anima mea in uerbo eius: spe-
rauit anima mea in domino

Custodia matutina usq; ad noctem:

speret israel in domino

Quia apud dominum misericordia et copiosa a
pud eum redemptio

Et ipse redimet israel ex omnibus iniqui-
tibus eius **Gloria patri. Psalmus**

Quoniam non est exaltatum cor me-
um: neque elati sunt oculi mei

Neque ambulavi in magnis: neque in mi-
rabilibus super me

Si non humiliter sentiebam: sed exal-
tavi animam meam

Sicut ablactatus est super matrem suam:
ita retributio in anima mea

Speret israel in domino ex hoc nunc et
usque in seculum **Gloria patri. Hymnus**

Memento salutis auctor qui nostri quo-
dam corporis ex illibata uirgine
nascendo formam sumpsisti

Maria mater gratie matris tue tu nos ab ho-
ste protege et hora mortis suscipe

Gloria tibi domine qui natus es de uir-
gine cum patre et sancto spiritu in sempiterna
secula: amen **Capitulum**

Gloria mater pulchre dilectionis et
tunoris et magnitudinis et sancte
spera. Deo gratias. **V.** Ora pro nobis sancta dei ge-

Matrix. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus christi
nunc dimittis seruum. **Canticum**

tuum dñe: secundū uerbū tuū in pace

Quia uiderunt oculi mei salutare tuū
Quod parasti ante faciē omnū p̄p̄torū
Quoniam ad reuelationem ueritatis et
gloriam plebis tue israel **G**loria p̄ri.

Sub tuum presidium confugimus sancta
dei genitrix n̄ras deprecationes ne despicias in ne
cessitatibus n̄ris: sed a periculis cunctis libera nos
semper uirgo benedicta. Kyriel. Christel. Kyriel.

Gloria p̄ri. **Oratio**
Gloria et gloriose semper q̄ uirginis
marie quesumus domine intercessio r̄
gloriosa nos protegat et ad uitam perdu
cat eternam. **Per. añ.** Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro n̄ra omnū q̄ salute
Vs̄. Letamini in domino et exultate iusti. **R̄.**
Et gloriemini omnes recti corde. **Oratio**

Exaudi nos deus salutaris noster
et apostolorum tuorum petri et
pauli et aliorum apostolorum nos tue
re presidis quorum donasti fideles es
se doctrinis. **oro.** **O**mnes sancti tui. r̄ c̄.
Benedicamus domino. Deo gr̄as. Benedicat
et custodiat nos omnipotens et misericors domi
nus pater et filius et sp̄s sanctus. Amen. **ā.**

Salue regina mie uita dulcedo et spes
n̄ra salue: Ad te clamamus exules
filii eue: Ad te suspiramus gementes et flen

tes in hac lachrimarum Valle. Eya ergo aduo
cata ma illos tuos misericordes oculos ad nos con
uerte: et iesum benedictum fructum uentris tui
nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O
pia. O dulcis maria. *Vers* Aue maria gra ple
na dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus uentris tui. *Oratio.*

Multipotens sempiternus deus qui
glorioso uirginis matris marie cor
pus et animam ut dignum filii tui habi
taculum effici mereretur spū sancto coop
rante spāli: da ut cuius cōmemoratiōe
letamur: eius pia intercessione ab instanti
bus malis et a morte perpetua atq; subitane
a liberemur. *Per.* Fidelium anime defun
ctorum per manū dei requiescant in pace. *amē. ps*

Deus misereatur nrī. *querem laudibus*
Vs Domine deus uirtutum conuerte nos *R* Et o
stende faciem tuam et salui erimus *V* Exurge
chaste adiuua nos *R* Et libera nos ppter nome
num. Domine exaudi. Et clamor meus. *Oratio*

Deus qui illuminas noctem et luce
post tenebras facis: concede nobis
famulis tuis ut hanc noctem sine ullo i
pedimento sathane transeamus atq; in ma
tutinis horis ad sanctum altare tuum re
currentes: tibi domino deo uuo et uero
laudes et gratias agamus. *Per. orō*

46
Ecce non dormitabit neque dormiet
qui custodit israel.

Dominus custodit te: dominus p
tectio tua super manum dexteram tua

Quod er diem sol non uret te: neque luna
per noctem

Dominus custodit te ab omni malo
custodiat animam tuam dominus

Dominus custodiat introitum tuum
et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in se

culum **G**loria pni. **Psalmus**

Etatus sum in his que dicta sunt
mihi in domum domini ibimus

Stantes erant pedes nri in atrio tu
is hierusalem

ierusalem que edificatur ut ciui
tas: cuius participatio eius in idipsum

illuc enim ascenderunt tribus tri
bus domini testimonium israel ad con

fitendum nomini domini

quia illuc sederunt sedes iudicio
sedes super domum claud

Rogate que ad pacem sunt hierusa
lem: et abundantia diligentibus te

Siat pax in uirtute tua: et abunda
tia in turribus tuis

Propter fratres meos et proximos
meos: loquebar pacem de te

Propter domum domini dei nun-
quid bona tibi **G**loria pa. a. Maria
uirgo assumpta est ad ethereum thalamum inq-
uer regnum stellato sedet solio. **Capitulum.**

Sic in spon firmata sum et in ci-
uitate sanctificata similiter reg-
eui et in hierusalem potestas mea. Deo
gras. **V.** Diffusa est gra in labijs tuis. **R.**

Propterea bndixit te deus in etnum. **R.** **kyrieley.**
Chyest. **kyrieley.** Domine exaudi orationem. **Et. Oratio.**

Deus qui salutis etne bte marie
uirginitate fecunda humanoge-
neri premia prestitisti: tribue quesumus
ut ipam pronobis intercedere sentiamus
per quam meruimus auctorem uite susci-
pere dominum nrm iesum christum fili-
um tuum. Amen. **Comemoratio de scw a.**

Sancti dei omnes intercedere elignemini p nra
omniu q salute. **R.** Letamini in domino et exul-
tate iusti. **R.** Et gloriemini omnes recti corde. **Oratio.**

Protege domine pplm tuum et apos-
tolorum tuorum petri et pauli
et aliorum apostolorum patrocinio con-
fidentem perpetua defensione conserua.
Per do. **Oratio.** Omnes sancti tui
ut s.

Ad. Sextam.

47
Notector in te sperancium deus
sine quo nichil est ualidū nich
il sanctū multiplicasup nos miastiaz
ut te rectore te duce sic transeamus per
bona temporalia ut nō amittam? eter
na. **Deo dominū. Deo fidelibz defunctis**
ps. **De profundis. V.** Requiem eter
nam dona eis domine Et lux perpetua luceat
eis. Domine exaudi. **Requie ut s.**

In aduentu domini officium bte marie dī
modo predicto: exceptis specialibz an. i tpe infe
ris ordinatis. Ad vesperas pmi sabbati de ad
uentu domini agitur officium modo subscpto

Sabbato ante pūmā dñicam de aduentu.

Ad vesperas.
Eus in adiutorium meum in
tende. **Comine ad aduū me**
festina. Gloria patri & filio et spū.
sicut erat. an. Missus est angelus cum re
liquis antn. de laudibz. **ps.** **Dixit dñs.**

Laudate pueri. cum reliquis psalmis.
Erechetur virga de Caputium
radice iesse et flos de radice eius
al cenclet et requiescet super eu spiritus
domini. **Deo grās. Hymnus.** **Ve ma**
ris stella. V. Diffusa est gracia i labijs tuis. **R.**
Propterea benedixit te deus in eternū. Ad mig
ficat antiphona. Spūs sanctus in te descendz

maria ne timeas habens in utero filium dei. Alleluia. Kyrieleyson. Kyrieleyson. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus. **Oratio.**

Deus qui de beate marie virginis utero verbū tuū angelo nunciante carnem suscipere uoluisti: p̄ia supplicibus tuis ut qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. **Per eundē. añ.** Ecce dominus ueniet et omnes sancti eius cum eo et erit in die illa lux magna. Alleluia. **V.** Ecce apparebit dominus super nubem candidam. **R.** Et cum eo sanctorum milia. **Orem.** **Oratio.**

Conscientias n̄ras quesumus dñe uisitando purifica: ut ueniens dominus n̄r iesus christus cū omnibus sanctis paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum uiuit. **rc.** Benedicamus dño. Deo gratias. **Ad completorium.**

Quierte nos deus salutaris n̄r. **Et** auerte iram tuā a nobis deus in adiutorium. **ps.** **S**epe expugnauerunt. **eprofundis.** **D**omine non est exaltatum. **hymnus.** **I**umento salutis auctor. **Capitulum.** Ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius emmanuel: butirum et mel comedet ut sciat

reprobare malum et eligere bonum. Deo
gratias. **V.** Angelus domini nunciavit ma-
rie: Et concepit de spū sancto. **An.** Spū sanctus
ps. **D**unc dimittis. **a.** Spū sanctus in
te descendet maria ne timeas habens in utero
filium dei. **altia.** **Ad matutinas omnia dicuntur**
sicut ante aduentum domini usque ad lectiones
excepta. a. nom psalmi. Et loco eius ubi dicitur
Post partum dicitur. a. Angelus. Et loco illarū
lectionum scilicet. In omnibus requie. Et. Sic in syo.
Et. quasi cedrus. dicuntur lectiones que sequuntur

Missus est gabriel **L. o prima**
angelus a deo in ciuitatem gali-
lee cui nomen nazareth ad uirginem de-
sponsatam uiro cui nomen erat ioseph
de domo claud et nomen uirginis ma-
ria. Et ingressus angelus ad eam dixit
Aue grā plena dominus tecum: benedic-
ta tu in mulieribus. Tu autē domine.

R. Missus est gabriel angelus ad mariam
uirginem desponsatam ioseph nuncians ei uerbu
et expanescit Virgo de lumine: ne timeas maria
inuenisti grām apud dominū. Ecce concipies
et paries filium et uocabitur altissimi filius. **V.**
Dabit ei dominus sedem dauid p̄is eius: et re-
quabit in domo iacob metnū. Ecce concipies.

Ve cum audisset. **Lectio Secunda**
turbata est in sermone eius et cogi

tabat qualis esset ista salutatio. Et ait an-
gelus ei. Ne timeas maria inuenisti enim
grām apud deum. Ecce concipies in utero
et paries filium et uocabis nomen eius ie-
sum. Hic erit magnus et filius altissimi
uocabitur. Et dabit illi dominus deus se-
dem dauid patris eius et regnabit in domo
iacob in eternum et regni eius non erit finis.
Cu autem domine.

¶ Aue maria. Spū sanctus
superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit
tibi: quod enim ex te nascetur sanctum uocabitur
filius dei. **V.** Quomodo fiet istud qm̄ uirum nō
cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spū

sanctus superueniet in te. **¶** **Lectio tertia**
¶ Dixit autem maria ad angelū. Quō
fiet istud qm̄ uirum nō cognosco?
Et respondens angelus dixit ei. Spū
sanctus superueniet in te et uirtus altissi-
mi obumbrabit tibi. Ideo q̄ et quod nasce-
tur ex te sanctum uocabitur filius dei. Et
ecce elizabeth cognata tua et ip̄a concepit
filium in senectute sua. Et hic mensis est
sextus illi que uocatur sterilis: quia non e-
rit impossibile apud deum omne uerbum.
Dixit autem maria. Ecce ancilla domini
fiat michi secundum uerbum tuum. Cu
autem domine. **R.** Suscipe uerbum uirgo
maria quod tibi a domino per angelum transmissū

est concipies deum pariter et hominem. Ut bene
dicta dicaris inter omnes mulieres. *V.* Parties
quid filium. et Virginitatis non patieris detri
mentum. efficieris grauida et eris mater semp
intacta. Ut benedicta. Gloua pñ. Ut benedicta.
In laudibus añ. Missus est gabriel angelus ad
mariam Virginiem desponsatam ioseph. psalm?
Dominus regnauit. *ā.* Aue maria grā
plena dominus tecum benedicta tu in mulie
ribus et benedictus fructus uentris tui. alleluia.
ps. **C**ubilate. *añ.* Ne timeas maria inueni
sti grām apud dominum ecce concipies et pari
es filium. alleluia. *ps.* **D**eus deus meus.
añ. Dabit ei dominus sedem dauid pñs eius et
regnabit in domo iacob in eternum. *ps.* **B**e
nedicite. *añ.* Ecce ancilla domini. fiat michi se
cundum uerbum tuum. *ps.* **M**andate do
minum de celis. **Capitulum** **S**grediet?
Virga. quere in primis vespis. hymnus. **S**
Gloriosa domina. *V.* Benedicta tu in mu
lieribus. *Re.* Et benedictus fructus uentris tui
Ad benedictus añ. Spiritus sanctus superueniet tñ
kyriel. Christel. kyriel. *oro.* **D**eus qui de
beate marie. *ā.* Ecce dominus ueniet. *V.* Ec
ce apparebit. *Re.* Et cum eo. *oro.* **C**onscien
tias nostras. ut s. *Quere totum in primis vespis*
añ. Aue stella matutina *Ad primam ā.* Missus
est gabriel. *V.* Dignare me laudare te. *Re.* Da

michi uirtutem. *oro.* **D**eus qui de beate. *an*
Ecce dominus ueniet. *V.* Ecce apparebit. *R.*
Et cum eo. *oro.* **C**onscientias meas. Et dicitur
ad omnes horas. Ad terciam. *a.* Aue maria.
Caplm. **S**gredietur. *v.* Diffusa est gra.
Pro sanctis. *ut s.* Ad sextam. *a.* Ne timeas
Caplm. **D**abit ei dominus sedem dauid
patris eius et regnabit in domo iacob in e-
ternum et regni eius non erit finis. Deo gras
v. Benedicta tu in mulieribus. *R.* Et benedictus
fructus uentris tui. Pro sanctis *ut s.*
Ad Nonam. *a.* Ecce ancilla *Capm.* **E**c-
ce uirgo. *v.* Angelus domini nunciauit marie
R. Et concepit de spu sancto *Orones et vsus ut*
supra. de sanctis ut s. **A**d uesperas et com-
pletorium *ut s.* Benedicamus dno. Deo gras
Notandum est q aduentus domini semp
incipit in dominica proximiori festo sancti an-
dree siue ante siue post
Verutamen si accidat q festum sancti an-
dree cadat in dominica: etiam ibi in ead dnmca
debemus incipere aduentu domini. Et qn fe-
stum beati andree est in die iouis / veneris vel
sabbati: aduentus domini erit in dominica se-
quenti. Quando vero est in die lune / martis
vel mercurii: aduentus domini incipit in do-
minica precedenti. Et hec sufficiant
Vlterius notandum est q a vigilia na

tiuitatis domini usq; ad purificationem beate
marie sit officium sicut ante aduentu ex
certe q; per omnes horas dicitur hec oro.

Deus qui salutis. Ad dicitur oratio de mo
stolis: cum aliis et cum suis versiculis et antiphis
sicut notatum est: ante aduentu in officio.
Et nota q; nichil mutatur in matutinis. sed dicitur
ad longum sicut sunt notata.

Item ad laudes et per omnes horas diei
et ad vespas et ad completorium dicuntur
antiph. que sequuntur. Quia loco illius antiphoe
Assumpta est. dicitur hec antiph. O admirabile com
meritum creator generis humani animatum
cospus sumens de Virgine nasci dignatus es
et procedens homo sine semine largitus est
nobis suam deitatem. **ps.**

Dominus re
gnauit. **Antiph.** Quando natus es ineffabiliter
ex uirgine tunc implete sunt scripture sicut
pluuia in vellus descendisti ut saluum faceres
genus humanum te laudamus deus nr. **ps.**

Rubilate. **Antiph.** Rubum que viderat moy
ses in combustum conseruatam agnouimus
tuam laudabilem Virginitate dei genitrix int
cede pro nobis. **ps.**


Deus deus meus. **Antiph.**
Serminauit rachi iesse orta e stella ex iacob
uirgo peperit saluatorem te laudamus deus
noster. **ps.** **B**enedicite. **Antiph.** Ecce ma
ria genuit nobis saluatorem quem iohanes

Videns exclamavit dicens ecce agnus dei qui tollis peccata mundi. Alleluia.

Benedicite dominum de celis. **Ad benedictus. an.** Mirabile misterium declaratur hodie: inuouantur nature deus homo factus est id quod fuit permansit et quod non erat assumptum non commixtionem passus neque diuisionem. **Ad magnificat et nunc dimittis. an.** Magni hereditatis misterium templum dei factus est uterus nesciens virum non est pollutus ex ea carnem assumens omnes gentes venient dicite gloria tibi domine.

Sciendum est quod a vigilia pasche usque ad ascensionem domini fit officium beate marie sicut ante aduentum exceptoque ad benedictus et ad Magnificat dicitur hec antiphona. Regina celi letare Alleluia. Quia quem meruisti portare Alleluia. Resurrexit sicut dixit Alleluia. Ora pro nobis deum Alleluia.

Ad matutinas de cruce.



Domine labia mea aperies
 Et os meum annuntia-
 bit laudem tuam. **D**eus
 in adiutorium meum intende. **G**loria



nunc ad adiutiū **G**loria patri

Sicut erat. *an.* Salve crux preciosa que
in sanguine christi dedicata es et ex membris
eius tanq̄. margaritis ornata. *Hymnus*

Divine sapientia ueritas diuina.
Deus homo captus est hora ma-
tutina. A suis discipulis cito derelictus
A iudeis traditus uenditus et afflictus

✠ Adoramus te christe et benedicimus tibi. *R.*

Quia per sanctam crucem tuam redemisti mū-
dum. Per signum sancte crucis liberet nos de

inimicis nris. Dominus deus nr̄. Domine ex-
audi oronem meā. Et clamor. *Oremus. orō.*

Domine iesu christe fili dei uiu-
pone passionem crucem et mor-
tem tuam inter iudicium tuū et animam
meam nunc et in hora mortis mee: et
largiri digneris uiuis misericordiam et gratiam
defunctis requiem et ueniam ecclesie
tue pacem et ueram concordiam et no-
bis peccatoribus uitam et letitiam se-
piternam. Qui uiuis et regnas. *tc.*

Ad Primam. De cruce

Deus in adiutoriu. *a* Salve crux.
Ora prima ductus est iesus ad
pilatum. falsis testimonis multum
accusatum. Vultum dei conspuunt lu-
men celi gratum. *✠* Adoramus te christe. *orō*

Domine iesu chris^{te}. *Ad tertiam*

Deus in adiutoriu. *a. Salve crux*
Rucitige clamitant hora tertiay
Illius induitur veste purpurarum.
Caput eius pungitur corona spinaru
Crucem portat humeris ad locum pena
rum. *v. Adoramus te chris^{te} et bndicimus*

tibi. *sc. or. Omne iesu xpe. Ad Sextam.*

Deus in adiutoriu. *R. Salve crux*
Ora sexta iesus est cruci conclaui
tus. Et est cum latronibus pendens cle
putatus. Ore tormentis sitiens felle satu
ratus. *v. Adoramus te. or. Omne iesu xpe.*

Ad Nonam **D**eus in adiutoriu meus
intende. *a. Salve crux. Hymnus.*

Ora nona dominus iesus expi
rauit. Helu clamans annuam
patri comandaui. Latus eius lancea i
miles perforauit. Terra tunc contre
muit et sol obscurauit. *v. Adoramus te xpe.*

oro. Omne iesu xpe. Ad vespas de

Cruce. **D**eus in adiutoriu. *a. Salve crux*
E cruce deponitur hora vesperti
na. Fortitudo latuit in mente
diuina. Talem mortem subiit vite medi
cina. Heu corona glorie iacuit spina.

v. Adoramus te xpe. Oro. omne iesu.

x. Agn⁹ crimen diluit sic ludificatus. sc. 64?

Ad completorium. De cruce.

Conuertere nos deus salutaris in
Et auerte iram tuam a no
bis **D**eus in adiutorium **D**ne ad
adiuuandum. *R. Salue crux. Hymnus.*

Hora completorii datur sepultu
re. Corpus christi nobile spes
uite future. Ingi sit memoria mors et
hec michi cure. *V. Adoramus te xpe et. Oratio.*

Comine iesu xpe.

Has horas canonicas cum deu
cione Chuste tibi recolo pia
ratioe Et qui pro me passus es amoris
ardore Sis michi solatium mortis
in agone.

Amen. d.

Ad matutinas de sancto spiritu.



Omnia labia mea aperies
Et os meum annuntia-
bit laudem tuam. **D**eus
adiutorium meum intende. **D**omine



ad adiuuandum me festina. **Oratio** **Oratio** p̄
Sicut erat. **ā.** Veni sancte spiritus reple
tuorum corda fidelium et tui amoris in eis
ignem accende. **Hymnus**

Quibus sancti spiritus gratia sit da
ta. De qua Virgo virginum fuit
obumbrata. Cum per sanctum angelum
fuit salutata. Verbum caro factum est
Virgo fecundata. **V.** Emitte spiritum tuum
et creabuntur. **R.** Et renouabis faciem terre. **oro**

Omnipotens sempiternus deus da
nobis illam sancti spiritus gratiam
quam discipulis tuis in die penthecostes
transmisisti. **Per.** **Ad primam de scto spu**

Deus i adiuutorum. **ā.** Veni sancte
E uirgine maria christus fuit na
tus. Crucifixus mortuus atq; tumula
tus. Resurgens discipulis fuit demonst
tus. Et ipis cernentib; celis eleuatus. **V.**
Emitte spm. **V.** Et renouabis. **oro** **O**mnip
otens sempiternus. **Ad Terciam**

Deus i adiuutorum. **ā.** Veni scte
uum sanctum spiritum deus dele
gavit. In die sancto penthecostes suos
confirmavit. Et delinquis igneis ipos
inflammavit. Relinqueret orphanos
eos denegavit. **V.** Emitte spm. **R.** Et renoua
bis. **oro** **O**mnipotens sempiternus. **Ad terciam**

Deus in adiutorium. *ā.* Veni sancte
Septiformem gratiam tunc accepta
uerunt. Quare ydiomata cuncta co
gnouerunt. Ad diuersa climata mundi
recesserunt. Et fidem catholicam tunc pre
dicauerunt. *℟.* Emitte spiritum. *℞.* Et renouabis

Oratio. **O**mnipotens sempiternus. *Ad nonam*

Deus in adiutorium. *ā.* Veni sancte
spiritus paraclitus fuit appellatus
Donum dei caritas fons viuificatus. i
spiritualis victio ignis inflammatus. Sep
tiformis gratia carissima uocatus. *℟.* Emitte
spiritum. *℞.* Et renouabis. *oratio.* **O**mnipotens

sempiternus deus. *Ad vesperas de sancto. s.*

Deus in adiutorium. *ā.* Veni sancte

extre dei digitus uirtus spiritualis
Hos defendat eruat ab omnibus malis.
Ut nobis non noceat demon infernalis
Sed protegat nutriat foueat sub alis.

Emitte. Et renouabis. *oratio.* **O**mnipotens.

Ad completorium. **C**onuertere nos de

salutaris in **E**t auerte **D**eus in

adiutorium **D**omine ad adiuuandum

Gloria patri. *ā.* Veni sancte spiritus reple tu

orum corda fidelium et tui amoris in eis ignem

Spiritus paraclitus nos. accende

uelit uiuare. Gressus nostros rege

re et illuminare. Ut cum deus uenerit

omnes iudicare. Nos velit ad clergeriam
suam appellare. *V.* Emitte spiritum tuum et
creabimur. *R.* Et renouabis faciem terre. *oro*

Omnipotens sempiternus deus da
nobis illam sancti spiritus gratiam
quam discipulis tuis in die penthecostes
transiisti. *Per christum. Recomedato*

Has horas canonicas cum deuotione
tibi sancte spūs pia ratione. *Diri*
gunt nos iustitias inspiratione. *Et uiuamus*
iugiter celi regione.

Amen.

*Sequitur missa de beata Virgi
ne Maria.*

55
Et introibo ad altare dei. *R.* Ad deum qui
iustificat iuuentutem meam. *V.* Dignare domi-
ne die isto. *R.* Sine peccato nos custodire. *V.*
Confitemini domino quoniam bonus. *R.* Quoniam in se-
culum misericordia eius. *Confessio.*

Confiteor deo celi et beate marie vir-
gini et omnibus sanctis dei: quia e-
go infelix peccator peccavi nimis contra
legem dei mei cogitatione locutione consensu
iussu verbo et opere: mea culpa. Ideo precor
beatissimam et gloriosam virginem mariam et omnes
sanctos et sanctas dei et vos orare pro me

Intercedatur vestri omnipotens peccatore
deus et dimissis omnibus peccatis
vris perducatur nos et vos iesus christus si-
ne macula cum gaudio ad vitam eternam
Amen. *V.* Adiuutorium nostrum in nomine domini
R. Qui fecit celum et terram. *R.* Sit nomen
domini benedictum. *R.* Ex hoc nunc et usque in
seculum. *Introitus*

Salue sancta parens enixa puer-
pera regem: qui celum terram
que regit in secula seculorum.

V. Virgo dei genitrix quem totus non capit or-
bis: in tua se clausit viscera factus homo.

Gloria patri et filio. *Oratio.*
Concede nos famulos tuos
quesumus domine deus per

petua mentis et corporis sanitate gau-
dere et gloriosa beate marie semper
virginis intercessione a presenti libe-
rari tristitia et eterna perfrui leticia.
¶ Per dominum nostrum. *Lectio*

A principio ante *libri sapientie.*
secula creata sum: et usque ad fu-
turum seculum non desinam et in ha-
bitatione sancta coram ipso ministravi.
et sic in syon firmata sum: et in ciuita-
te sanctificata similiter requieui: et in ihe-
rusalem potestas mea. Et radicaui in
populo honorificato et in partes dei
mei hereditas illius et in plenitudine
sanctorum detentio mea. Deo gratias.

Gradu. Benedicta et venerabilis es virgo maria
que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris

V. Virgo dei genitrix quem totus non capit or-
bis in tua se clausit viscera factus homo. *allya.*

X. Virga yesse floruit virgo deum et hominem
genuit: pacem deus reddidit in se reconcilians
in a summis. *allya.* *Sequencia sancti euange-*

li secundum lucam. R. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Extollens uocem
queclam mulier de turba dixit
illi. Beatus uenter qui te portauit: et
ubera que suxisti. At ille dixit. Quin-
imo. Beati qui audiunt uerbum dei

56
et custodiunt illud **O**fferentiū. Ave ma-
ria grā plena dominus tecum benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus ventris tui.

Sandus **S**andus **S**andus
dominus deus sabaoth. Pleni sunt ce-
li et terra gloria tua osanna in excelsis
V. Benedictus qui venit in nomine domini. V.
sanna in excelsis.

Agnus dei qui tollis peccata mun-
di miserere nobis

Agnus dei qui tollis peccata mun-
di miserere nobis

Agnus dei qui tollis peccata mun-
di dona nobis pacem. **C**ommunio.

Beata viscera marie virginis que portauerunt
eterni patris filium. **P**recio.

Sumptis domine salutis nostre
subsidiis da quesumus beate
marie semper virginis patrocinis nos
ubique protegi in cuius veneratione
hec tue obtulimus maiestati. Per
dominum nostrum iesum. amen.

V. Domine exaudi orationem meam. R.
Et clamor meus ad te veniat. V. Ite missa e
X. Deo gras. **P**recio.

O bone et dulcissime iesu per tua
miam esto michi iesus. Et quid
iesus nisi plasmator nisi redemptor

nisi saluator. Ergo bone et dulcissime ie-
su qui me plasmasti tua benignitate: ro-
gote ne pereat opus tuum mea iniquitate
Ergo queso anxelo suspiro ne perdas qd
tua fecit omnipotens diuinitas. O bone
et dulcissime iesu recognosce quod tuus
ē: & ne respicias quod meum est: O bone
et dulcissime iesu noli cogitare maluz
meum vt obliuiscaris bonū tuum. O
bone et dulcissime iesu si ego commisi p
quod damnare me debes: tu non ami-
sisti vnde saluare me potes. Et si scdm
iusticiam tuam me damnare vis. ad
tuā piissimam et ineffabilem miām
bone et dulcissime iesu appello: que sup-
exaltat iudicium. Ergo queso miserere
mei bone et dulcissime iesu secunduz
magnam miām tuam.

Amen.

Sequuntur septem psalmi penitenciales

Antiphona. He Reminiscaris. Psalmus.



Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. **M**iserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me dñe



quoniam conturbata sunt ossa mea.

Est anima mea turbata est ualde: sicut tu domine usquequo.

Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteravi inter omnes inimicos meos.

Suscipite a me omnes qui operamini in iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur uehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant ualde uelociter.

Gloria patri et filio. **Psalmus.**

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est su-

per me manus tua: conuersus sum in e
rumina mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci:
et iniustitiam meam non abscondi.

Quia confitebor aduersum me iniustitiam meam
domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus
in tempore oportuno.

Veritamen in diluuiis aquarum mul
tarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione
que circumdedit me: exultatio mea erue
me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo et instruam
te in uia hac qua gradieris: firmabo su
per te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: qui
bus non est intellectus.

In chamo et freno maxillas eorum
constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris. sperantem
autem in domino misericordia circumdabit.

Retamini in domino et exultate in
sibi: et gloriamini omnes recti corde.

Gloria patri et filio. *Psalmus.*

Domine ne in furore tuo arguas
me: neque iram tua corripas me.

Quoniam sagitte tue infixae sunt mi

chi: et confirmasti super me manū tuam
Non est sanitas in carne mea a facie
re tue: non est pax ossibus meis a facie
peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates mee superque-
se sunt caput meum: et sicut onus gra-
ue gravate sunt super me.

Distruxerunt et corrupte sunt cicatri-
ces mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum et curvatus sum
usq; in finem: tota die contristat' ingrediebar.

Qui lumbi mei impleti sunt illusio
inbre et nō est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sū nimis
rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium
mei: et gemit' me' a te nō ē absconditus.

Cor meum conturbatū est dereliquit
me virtus mea: et lumen oculorum me-
orum: et ipm non est mecum.

Amici mei et proximi mei aduersū
me appropinquaverunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe ste-
terunt: et vim faciebant qui querebāt
animam meam.

Et qui inquirebant mala michi lo-
cuti sūt ueritates et dolos tota die meditabā'

Ego autem tanq; surdus non audi

ebam et sicut mutus nō apīēs os suūm.

Est factus sum sicut homo nō audīēs
et non habens in ore suo reclamationes

Quī in te domine speravi: tu exaudi
es me domine deus meus

Quia dixi nequando supergaudeant
michi inimici mei: et dum commouen-
tur pedes mei sup me magna locuti sunt

Quī ego in flagella paratus sum: et do-
lor meus in conspectu meo semper

Quī iniquitatem meam annuntiabo:
et cogitabo pro peccato meo

Inimici autem mei uiuunt et confir-
mati sunt super me: et multiplicati sūt
qui oderunt me inique

Qui retribuūt mala pro bonis detrahe-
bant in: quī sequebar bonitatem

Ne derelinquas me domine deus me-
us: ne discesseris a me

Intende in adiutorium meum: domi-
ne deus salutis mee

Gloria p̄i. **Psalm**
Afferere mei deus: secundum ma-
gnam misericordiam tuam

Est secundū multitudinē miserationū
tuarum: dele iniquitatē meam

Amplius laua me ab iniquitate mea:
et a peccato meo munda me

Quī iniquitatem meam ego cognosco

et peccatum meum cōtra me est semper
Ibi soli peccaui et malum coram te
feci ut iustificeris in sermōibus tuis: et
vincas cum iudicaris

Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum: et in peccatis concepit me mater mea

Ecce enim ueritatē dilexisti: incerta et oc-
cultā sapientie tue manifestasti michi

Sperges me domine ysope et munda-
bor: lauabis me et sup niuem dealbabor

Auditui meo dabis gaudium et le-
ticiam: et exultabunt ossa humiliata

Querte faciem tuā a peccatis meis: et
omnes iniquitates meas dele

Cor mundū crea in me deus: et spm
rectum innoua in uisceribus meis

Ne pronicias me a facie tua: et spm
sanctum tuum ne auferas a me

Redde michi leticiam salutaris tui: et
spu principali confirma me

Docebo iniquos uias tuas et impij ad
te conuertentur

Libera me de sanguinibus deus deus
salutis mee et exultabit lingua mea iusti-
tiam tuam

Domine labia mea aperies et os me-
um annūtiabit laudem tuam

Quoniam si uoluisses sacrificium de-

dissem: utiq; olocauit nō delectaberis

Sacrificiū deo spūs contriulatus

cor contritū et humiliatū deus nō despicias

Semigne fac domine in bona uolun-

tate tua syon: ut edificetur muri iherlm

Nunc acceptabis sacrificium iustitie

oblationes et olocauista tunc imponent

sup altare tuū vitulos **G**loria p̄ri. ps

Domine exaudi oronem meā: et

clamor meus ad te ueniat

Non auertas faciem tuā a me: in q̄

cūq; die tribulor iclina ad me aure tuam

In quacumq; die inuocauero te: ve-

lociter exaudi me

Quia defecerunt sicut fumus dies i-

mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt.

Percussus sum ut fenum et aruit cor

meu: qz oblitus sū comedere panē meū

Voce gemitus mei adhesit os meū

carni mee

Similis factus sum pellicano solitu-

chims: fetus sū sicut mcticozar i domicilio

